Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

mota est terra. Dns virtutũ nobiscum
susceptor noster deus iacob. Venite et vi-
dete opera dni que posuit prodigia super terã
auferens bella usq; ad finẽ terre. Ar-
cum conteret et confringet arma: et sci-
ta comburet igni. Vacate et videte qm
ego sum deus. exaltabor in gentibus et exal-
tabor in terra. Dns virtutũ nobiscum:
susceptor noster deus iacob. Psalmus.
Omnes gentes plaudite manibus:
iubilate deo in voce exultacionis.
Qm dns excelsus terribilis: rex magnus
super omnẽ terram. Subiecit populos
nobis: et gentes sub pedibus nris. Elegit
nobis hereditatẽ suã: speciẽ iacob quem
dilexit. Ascendit deus in iubilo: et dns
in voce tube. Psallite deo nro psallite:
psallite regi nro psallite. Qm rex omis
terre deus: psallite sapienter. Regna-
bit deus super gentes: deus sedet super sedẽ
sanctã suam. Principes populorum
congregati sunt cũ deo abrahã: qm di
fortes terre vehement eleuati sunt. An.
Adiutor in tribulacionibus. Psalmus.